36

Nos Albertus Judex et Nicolaus Subjudex Terra
Sandomirienz Generales protestamur per presentes
quibus expedit universis. Quomodo venientes Nobiles
videlicet Dna Jachna relicta olim Pasconis de Boszow,
cum Catharina et Elisabeth, Filiabus suis nec non Nico
lao Pascone Filiis suis dilectis parte ab una, et Nobilis
Borthosius de Below Filius ejusdem Dnae parte ab
altera ad nostrum nostrorumque Assesorum presentiam
personaliter mente sana et sobrie fassi sunt contra
ctum perpetuae divisionis inter se fecisse, talem tamen
Quod Borthosio predicto tota pertica Haereditatis in Be
low cum omni jure et Dominio nec non cum molen
dino, et piscina et etiam scultetia totalis in Gzyz, simi
liter omni cum jure cessit specialiter in divisione, tali
tamen cum conditione, quod piscina predicta sylvam
ibidem quae altius ac latius demergere poterit, demer
gendi plenam ac liberam habebit voluntatem. Quam
quidem divisionem, inter se debent tenere parte ex
utraque sub vadio quinquaginta marcar. in cujus rei te
stimonium et meliorem evidentiam, nostra presentibus
sigilla sunt apensa Datum Oppatoviae Feria quinta post
festum, Beati Francisci Anno Dni Millesimo quingen
gentesimo quarto. Praesentibus his testibus Nobilibus,
videlicet Dnis Jawissio de Duszkow, Jascone de Bogu
mitowice, Juscone de Pinczynice Petrassio de Strzeo
wice Mirsanone de Mithow, Sarzweczone de ibidem
Haeredibus, et alijs quam plurimis fide dignis.